



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 114. Grimani Cardinalis obitus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](#)

sis in Normannia, & Albiensis Episcopus, Sæcul. XVI.  
ac demum Cardinalis nominatus est, ad A.C. 1523.  
tam amplas dignitates potissimum eve-  
ctus per favores fratrum suorum, Mag-  
ni Franciæ Magistri, & Admiralis. Ipse  
etiam Franciscus Rex in colloquio Bo-  
nonensi pro eo apud Leonem X. inter-  
cesserat, ut purpura decoraretur, quam  
etiam Papa illi in secreto Patrum Sena-  
tu die decima quarta Decembris Anno  
millesimo quingentesimo decimo quinto  
concessit, & ne quid amplissimæ digni-  
tati deesset, eidem quarto post an-  
no in Gallia Legati Apostolici vices de-  
mandavit. Rebus humanis ereptus est  
in castro Villædei ad Ingerim Exodu-  
nensis ditionis die vigesima quarta Julii  
Anno Salvatoris millesimo quingentesi-  
mo vigesimo tertio. Corpus ejus dela-  
tum fuit ad Abbatiam Burgoliensem,  
ubi sepulturam selegit.

§. CXIV.

*Grimani Cardinalis obitus.*

Quintus erat Dominicus Grimanus pa-  
tria Venetus, Portuensis Episco-  
pus, & Patriarcha Aquileiensis, Anto-  
nii Grimani, qui defuncto Leonardo Lau-  
redano Venetæ Reipublicæ Dux erat,  
filius, natus die vigesima prima Julii, an-  
no supra millesimum quadringentesimo

A a 5                sexa-

**Sæcul. XVI.** sexagesimo tertio. Præfuit is admodum  
A.C. 1523. juvenis præclaris omnino officiis, a Re-  
 publica quoque selectus, ut cum tribus  
 aliis Nobilibus Fridericum IV. per Ve-  
 netorum ditionem comitaretur: Anno  
 autem Salutis millesimo quadringente-  
 simo nonagesimo tertio Mense Septem-  
 bri ab Alexandro VI. Cardinalis crea-  
 tus perennem sibi laudem comparavit  
 ob amorem Antonio Grimano Patri suo

**Ciac. p. 180.** exhibitum; nam hic eo tempore S. Mar-  
**Franc. San-** ci Procurator, ac navalis exercitus Dux,  
**sovin. in hist.** maximi meriti Vir, cum a Turcis pro-  
**Ven.** fligatus Naupactum deditione cederet,  
**Ugh. in Ital.** in carcerem detrusus, durius habebatur:  
**sacra.**

**Scipio Am-** verum ejus filius pro Patre in vincula  
**mirat in hist.** conjici petiit, cum autem id ei a Judici-  
**Florent.**

**Pauvin. de** bus negaretur, omni, quo potuit, ob-  
**Rom. Pont.** sequio Patrem veneratus, carceris sca-

**Aubery l. c.** las ascendentem adjuvit, suisque mani-  
**Paul. Jov.** bus compedium pondera sustinuit, pre-

**in elog. l. 5.** cibus contendens, ut in ipsa Cardinalis

**Addit ad Ci-** purpura Parenti suo inservire permitte-  
**acon. p. 181.** retur. Post hæc ille, cum e Patria exu-

**Spond hoc** latum abire cogeretur, Romam ad fi-  
**anno n. 24.** lium Cardinalem contendit, a quo rece-  
 ptus, omni sollicitudine alebatur, donec  
 invidia in eum venetiis conflata deferve-  
 sceret. Postea patriæ redditus, Laureano  
 Venetorum Duce fatis functo, unanimi  
 omnium consensu jam ferme nonagenar-  
 ius ipse Reipublicæ Princeps creatus

est.

est, quam dignitatem viginti circiter acul. XVI.  
mensibus gessit, eique Andreas Grittus A.C. 1523.  
successit. Porro Grimanus Cardinalis  
præclara admodum obsequia Reipubli-  
cæ præstítit. Obiit eodem, quo Pater  
suus, Anno millesimo quingentesimo vi-  
gesimo tertio die vigesima septima Au-  
gusti, annos natus sexaginta tres, se-  
pultusque est Romæ in Ecclesia S. Mar-  
ci, in qua sibi suæque familiæ sepulcrum  
paravit. Ceterum vir erat literis addi-  
ctissimus, & Bibliothecam octo millium  
voluminum instructissimam habuit, ac  
ipsemet non nulla ingenii sui monu-  
menta reliquit nondum tamen typis im-  
pressa, inter quæ numerantur quædam  
Homiliae S. Joannis Chrysostomi ex Gra-  
co in latinum versæ.

§. CXV.

*Grassi Cardinalis extrema.*

Ultimus denique ac sextus erat Achil- Ciac. p. 296.  
les Grassus Bononiæ, ac Civitatis- Sigon. de  
veteris Episcopus ex quadam nobi- Ep. Bon. l. 4.  
lissima Bononiensium familia ortus: ope- Ugh. in Ital.  
ram navabat tam Canonicæ, quam ci- Panvin. de  
vili jurisprudentiæ, tantamque doctri- Rom. Pont.  
næ laudem sibi comparabat, ut Romæ Aubery l. cit.  
audiendis Rotæ cauſſis præficeretur, ac  
paulo post Civitatis-veteris Episcopatu  
augeretur. Decreverat quoque illumi  
Julius